

B. Leonhard von Passau an alle Äbte, Pröpste, Prioren, Dekane, Pfarr-Rektoren und deren Vertreter sowie an alle übrigen Priester im Archidiaconat Lambach. Kundgabe wie Nr. 1039.

Kop. (15. Jb.): MÜNCHEN, Staatsbibl., clm 1807 f. 97<sup>r</sup>- 99<sup>r</sup>; zur Hs. s.o. Nr. 1008.

Erw.: Zibermayr, Legation 7.

Derselbe Textausfall scilicet ecclesiarum — pias et publicas wie in Nr. 1041 wird von vielen anderen begleitet, die das insgesamt recht korrupte Textbild kennzeichnen.

Der Kopie folgt von anderer Hand f. 99<sup>r</sup> wie nach Nr. 1052 noch eine Absolutionsformel, die von jener allerdings abweicht (gekennzeichnet sind Übereinstimmungen mit Nr. 1007):

- 5 'Dominus noster Ihesus Christus etc., et ego auctoritate' dei omnipotentis, patris, filii et spiritus sancti et beatorum Petri et Pauli apostolorum, videlicet sancte Romane ecclesie et sedis apostolice 'mihi in hac parte' per sanctissimum dominum nostrum dominum Nicolaum papam 'concessa ego te absolvo ab omni sententia excommunicationis' maioris et minoris 'et restituo te' universitati fidelium ac sanctorum congregationi. 'Insuper eadem auctoritate ego te absolvo ab omnibus et' singulis  
10 'peccatis tuis' et ab hiis, de quibus corde contritus et ore confessus es, conferendo tibi omnium illorum peccatorum tuorum plenissimam indulgenciam, quam prefatus sanctissimus dominus Nicolaus et sui predecessores christifidelibus in anno iubilaeo contulerunt etc. Qua plenissima indulgencia ego te decerno absolutum ab omnibus tuis culpis et offensis contra deum commissis et ab omnibus penis  
15 indulgencie. 'In nomine patris et filii et spiritus sancti.'

NvK an die Äbte, Äbtissinnen und Konvente des Zisterzienserordens in der Provinz Salzburg.<sup>1)</sup> Er ernennt die Äbte Hermann in Rein<sup>2)</sup>, Gerbard von Viktring<sup>3)</sup> und Gottfried von Dreifaltigkeit in Wiener Neustadt<sup>4)</sup> zu Visitatoren der Zisterzienserklöster in der Provinz Salzburg.

Kop. (15. Jb.): MÜNCHEN, Staatsbibl., clm 2889 f. 34<sup>v</sup>-35<sup>r</sup> und 50<sup>rv</sup>. Zur Hs. s.o. Nr. 989.

Druck: Zibermayr, Legation 109-112 Nr. 4c.

Erw.: Grube, Johannes Busch 759 Anm. 1 (mit falschem Ausstellort "Salzburg"); Uebinger, Kardinallegat 638 mit Anm. 4 (ebenso); B. Kluge, Neukloster, in: Xenia Bernardina III, Wien 1891, 115; Gasparitz, Reun 106; Zibermayr, Legation 64; Vansteenbergh 112 und 483 (irrtümlich zweimal zu "II 25" und "II 27"); Koch, Umwelt 117; Tomek, Kirchengeschichte II 81; Roscher, Geschichte der Cistercienserabtei Viktring 77f. und 99; Beneder, Hermann von Rein 103; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 92; Mayer, Urkunden des Neuklosters 61 Nr. 58; Baum, Nikolaus von Kues wird Bischof von Brixen 381.

Da Nr. 1054 nur zweimal kopial überliefert ist, derselbe Text jedoch von NvK später wiederholt für die Bestellung von Ordensvisitatoren benutzt wird (s.u. Nr. 1074, 1082, 1329, 1428-1430 und 2037), dürfte Sonderlesarten beider Kopien von Nr. 1054 vor dem Hintergrund der dabei jedesmal zu vergleichenden jüngeren Überlieferung kein allzu großes Gewicht beigemessen werden. Stehen sie gegen diese Überlieferung, so sind sie im Apparat nur dann erfasst worden, wenn sie beiden Kopien eigen sind.

Divina pietate ecclesiam sanctam misericorditer respiciente actum esse quis poterit dubitare, quod hoc in tempore sanctissimus dominus noster dominus Nicolaus papa quintus pastor vigilantissimus eidem ecclesie prefectus existit, cuius diligentissima cura ad hoc indesinenter attendit, ut oves sibi creditas in salutis viam dirigere possit  
5 et in dei caritate unumquemque pro suo debito ardere se procuret. Idcirco sua sanc-

<sup>1)</sup> NvK hatte sie 1451 I 25 (s.o. Nr. 989) auf den 22. Februar nach Wiener Neustadt bestellt.

<sup>2)</sup> Zu seiner Person und über seine Tätigkeit als Visitor ausführlich Beneder, Hermann von Rein.

<sup>3)</sup> Zu Abt Gerbard s. Roscher, Geschichte der Cistercienserabtei Viktring 267.

<sup>4)</sup> S. Beneder, Hermann von Rein 100. Dazu auch unten Nr. 1056.

titas ad sacerrimam vestram religionem oculos attollens, nobis districte precepit atque singulariter dedit in mandatis, ut per singula commisse nobis legacionis loca eam sollicitudinem, quantum ex alto conceditur, adhiberemus, quod omnis, si qua exorta reperitur difformitas a vestra religione devia, apostolica visitacione ammoveatur sacraque religio in sanctis observanciis reviviscat. 10

Sed quia nos permultis eciam aliis occupati negociis ad singula vestra loca personaliter accedere non valemus, per alios nostros commissarios idipsum explere compellimur, quod nostra in persona facere nequimus. Hinc venerandos in Christo patres Hermannum in Runa, Gerardum de Victoria et Gotfridum sancte Trinitatis oppidi Noue Ciuitatis Salczburgensis dyocesis monasteriorum vestri ordinis abbates, de quorum 15 fidei integritate ac optimo zelo ad dei cultum et religionis observanciam plurimum in domino speramus, apostolica auctoritate visitatores deputavimus et per presentes deputamus eosque ad vos et singula vestra monasteria ad visitacionis officium plenarie exercendum cum omni facultate ad hoc necessaria transmittimus. Quibus precipue dedimus atque eciam harum serie damus in mandatis, ut ipsi, solum deum pre oculis habentes, omni sinistra affectione postposita disposicionem, statum et condiciones omnium et singulorum monasteriorum vestrorum ac personarum in ipsis et ipsorum quolibet degencium, primo ab abbate incipiendo, deinde ad alias personas descendendo usque ad ultimam, sollicite et diligenter inquirant et inquisita debite conscribant seu conscribi faciant, omnia quoque et singula, que a statutis et regula dicti ordinis devia 25 esse comperuerint, emendari procurent. Ubi vero in visitacione huiusmodi graves excessus et incorrigibiles personas eos repperire contigerit, quod tunc advocato ad hoc auxilio brachii secularis ad extirpacionem criminum et difformitatum omni diligencia adhibita procedant et nichilominus nobis excessus huiusmodi et facti qualitatem cum suis circumstanciis quantocius suis litteris referre studeant, ut nos omni oportuno remedio, si opus fuerit, occurramus. 30

Volumus autem, quod omni diligencia invigilent, quod tria substancialia omnis religionis, scilicet paupertas, castitas et obediencia, exactissime observentur et esus carni-um nequaquam nec abbati nec abbatisse aut monachis seu monialibus indulgeatur, nisi eo modo quo regula sancti Benedicti per eos professa ipsis permittit eundem, omnibus dispensacionibus in contrarium per quemcumque visitatorem concessis non obstantibus, quas omnes, cum sint contra regulam, presencium tenore irritas esse decernimus. 35

Insuper volumus, quod predicti nostri commissarii et visitatores nonnulla nostra ordinationes et statuta, que ad dei honorem animarumque vestrarum salutem pro reformationis introductione servari mandavimus, vobis omnibus et singulis supradictis insinuent ac publicent et, ubi vos per observanciam regularem gracie dei capaces esse viderint, plenarie indulgencie cum certa facili penitencia participes faciant ac omnia alia et singula, que ipsos agere et in huiusmodi visitacione exercere contigerit, primo in scriptis diligenter redacta nobis examinanda et apostolice sedi deferenda cicius 45 transmitters non postponant.

Quocirca vobis omnibus et singulis supradictis abbatibus, abbatissis singulisque personis ordinis Cisterciensis antedictis per Salczburgensem provinciam ubilibet constitu-

---

13 nostra in: in nostra 17 apostolica auctoritate: auctoritate apostolica 22 ac: atque 24 conscribant seu *fehlt* 26 comperuerint: compererint 28 auxilio brachii secularis: brachio seculari 31 occurramus: succurramus 43 facili penitencia: penitencia facili 46 postponant: postponatis 47 et singulis supradictis *fehlt*

tis dicta auctoritate apostolica in virtute sancte obediencie ac sub penis excommuni-  
50 cacionis, quam in singulares personas, et interdicti, quam in loca et monasteria vestra,  
latis sententiarum penis, quas ferimus in hiis scriptis, districte precipiendo mandamus,  
quatenus prenomatos abbates a nobis visitatores deputatos uti apostolicos visitato-  
res et nuncios cum omni reverencia et obediencia, quibus apostolice sedi astringimini,  
suscipiatis et ad ipsorum visitacionis officium in omnibus exequendum libere admitta-  
55 tis, omnem illis vestrorum monasteriorum et personarum quarumcumque a capite us-  
que ad ultimam disposicionem et condicionem plenius manifestando, ac omnia et sin-  
gula, que visitatores ipsi secundum regulam et statuta ordinis vestri fieri et observari  
mandaverint seu ordinaverint, reverenter acceptetis et studeatis diligenter, ut tene-  
mini, eciam observare. Et si secus feceritis, quod absit, eotunc sepedictis visitatoribus  
60 per presentes comittimus et eciam districte precipimus, ut vos et quemlibet in premis-  
sis inobedientem, cuiuscumque condicionis seu status fuerit, post trium dierum cano-  
nicam monicionem ultra penam ordinis premissam excommunicacionis ac monasteria  
inobediencium interdicti ecclesiastici per nos, ut prefertur, in scriptis latas sentencias  
incidisse declarent. Absolucionem vero omnium et singulorum, qui prefatas nostras  
65 sentencias incurrerint, nobis et apostolice sedi tantummodo reservamus. Datum *usw.*

53 reverencia et obediencia: obediencia et reverencia 55 vestrorum monasteriorum: monasterio-  
rum vestrorum 62 penam: penas 63 nos: vos.

<1451 Februar 25, Wiener Neustadt (?).><sup>1)</sup>

Nr. 1055

*NvK. Instruktionen für die Visitatoren des Zisterzienserordens <in der Provinz Salzburg>.*

*Kop. (15. Jb.): MÜNCHEN, Staatsbibl., clm 2889 f. 31<sup>v</sup>-36<sup>r</sup> und 51<sup>rv</sup>. Zur Hs. s.o. Nr. 989.*

*Druck: Zibermayr, Legation 113f. Nr. 5b.*

*Erw.: Zibermayr, Legation 64f.; Vansteenbergh 112f. und 483 (unter dem Datum "II 27").*

Instrucciones date vobis visitatoribus ordinis Cisterciensis, quas nos N. cardinalis  
legatus propria manu scripsimus et volumus, quod in omni loco visitando legantur et  
ostendantur etc.

Volumus, ut vos patres visitatores, prout nobis datis dextris promisistis, legaliter, ut  
5 decet sanctos religiosos, procedatis in verbo et exemplo, scilicet ut non gravetis loca  
visitanda cum equitaturis, sed quisque capellano et famulo sit contentus, ut sic non  
habeatis nisi novem equos.<sup>2)</sup>

Item volumus, quod sitis contenti de religiosa refeccione, ut, cum aliis abstinenci-  
ciam predicaveritis, eandem videant vos observare omnino abstinentes a carnibus, nisi  
10 in casu quo regula permittit. Et ut senciant vos veros apostolicos visitatores, qui pe-  
nitus non aliud quam visitandorum salutem queritis, ab omni munere eciam non sus-  
pecto manus vestras excutite.<sup>3)</sup>

Item curate in omni visitacione tria substancialia ordinis omnis religionis sic pure  
et integre promovere, quod nullam dispensacionem, que directe vel indirecte illis ob-  
15 viat, admittatis; et si consuetudines aut indulta in contrarium reperiri per vos con-  
tingat, omnino dampnate et tollite.

Non permittatis, quod aliquis habeat quodcumque indultum, eciam confessionale;  
nam non decet monachum quicquam habere, sed penitus superiori subesse.

Item non permittatis, quod monachi quovis modo sint extra monasterium, et si non  
20 potestis eos in omni loco retrahere propter bonum monasterii, non paciamini tamen,